buon hora, la Contessa mandò à chiamare li Monaci dei Monasterio di Monte Vergine di Napoli, à i quali in nome, di quelli di Monte Vergine del Monte, fè per Istrumento publico, la retrocessione di detto Casale della Massa diruta, e Chiesa di S. Honofrio.

Nell'Anno poi 1611. acciò detto Monasterio di S.Honofrio, fosse stato meglio seruito da i Monaci, e con più numero, fù eretto in titolo di Priorato dalla Santa memoria di Paolo Papa V. assieme con molti altri Monasterij della Religione, come appare per suo Breue speciale, spedito in Roma, sotto li 19. di Maggio 1611.

## *Della Roccella in Sicilia, donata da Paolo Cicala, Conte di Golisano, al nostro Monasterio di Monte Vergine, Nell' Anno 1216.*

PAolo Cicala, Conte di Golisano, hauendo hauuto buona relatione della vita, che menauano i nostri Monaci nel Real Monasterio di Monte Vergine, e visto anche quella de gl'altri nostri Monaci, e Monache, che menauano in Sicilia, per maggior propagatione di essi, nell'Anno sudetto 1216. al nostro Monasterio di Monte Vergine, le donò la sua Roccella in Sicilia, con molte possessioni, & in particolare le donò trè oncie d'oro, della caccia de Conigli, e la terza parte delle rendite de'suoi Molini di Golisano, e gli ne fè publico Instrumento, che originale si conserua nell'Archiuio di detto Monasterio di Monte Vergine, del tenor seguente.

*Abb. Perr. lib. 3. Eccles. Cephal. ind. not. 5. fol. 456.*

In



*IN Nomine Dei æterni, & Saluatoris nostri Iesu Christi, Anno ab Incarnatione eiusdem 1216. Mense Iunij, quartæ Indictionis, Regni verò Domini nostri Federici Romanorum Regis, semper Augusti, & Regni Siciliæ, anno 4. felicitèr Amen. Quia vitæ præsentis demoratur in lucubris, & momentaneis alliciuntur, temporalium blandimentis; Causis demum compage soluta aspera, sine dubio quæ metuere subitur, dum bona, siue mala prout quisque gessit in Corpore, recipiat in futuro. Considerando igitur sine opere est, ac pie nimis Christi fidelibus aduertendum, quod cum iuxta sententiam Apostoli, non sint condignæ Passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quę reuelabitur in Nobis, felix profecto, Imò felicissimum est commercium mercari cęlestia pro Terrenis, pro præteritis, perpetua commutari proindè scientes quantum maneat, qui seipsos fallentes fallari mundo non mentiunt conformari, dum Arcam mundi tenemus, & tantummodo ab ipsa, & si non ab omnibus, ut Apostolus dicit, à multis salutem abstinere debemus, quo sarcina rerum mortalium expediti cælestis præmij, Premium capiamus, & ex arca, non palcam, sed triticum reperiamus. Vndè cum sint multiplicia opera charitatis, quibus promeretur Deus potissimum, tamen eleemosinarum largitio, ad peccatorum veniam, & retributionis æternæ denarium promerendum, locum obtinet apud Dominum. Inter alia principalia, ipsa enim est salubris aqua de fonte charitatis emanans, quæ auctoritas asserit, & peccatum extinguit, & munda faciens, vniuersa Creatori suo concilia peccatorum. Hijs igitur, & alijs, quę pertinent ad generalem salutis humanæ sollemnitèr inducti, imò diuinitus inspirati; Nos Paulus de Cicala, Dei, & Regia gratia, Comes Golisani,*

*In quest'Anno 1216. era Abbate del Monasterio di Monte Vergine S. Donato.*

ſani,& Regis priuatę Manſnedæ Magiſter Comeſtabi-
lis,vna cum Egreſia Sica Comitiſſa,Cariſſima Conſorte
noſtra,& filiis noſtris,Sanè,et interna mentis cogita-
tione ſalubriter meditantes , quod de Diuitiis huius
mundi,quas ſuperna Nobis gratia contulit, filii iræ , fi-
liique vindictæ potius fieri poſſumus,quam filii Gehen-
næ,et hęredes vitæ ſi de eis ſimus contra mandatũ Euã-
gelicum,mali diſpenſatores,et è cõtrario Regnum exin-
de cęleſte facile comparare,ſi eas diſtribuentes locis Ve-
nerabilibus,et Deo dicatis , quaſi cæleſti Gazophilacio
reponamus,quo poſt hanc vitam cũ amplius non licue-
rit villicare,recipiamus ſine fine victũ . Vniuerſis Notũ
fieri duximus,tã præſentibus,quã futuris, quod cũ inter
alia , Monaſteria , et Eccleſias Regni , ſingulari Deuo-
tione veneremur,Sacro Sanctũ Monaſteriũ Beatiſſimæ
Virginis Marię,de Monte Virgine , cui perpetuam loci,
tam propter honeſtiſſimam vitam Monachorum,ibidem
famulantium,quam digniſſimæ Religionis, ſcimus , &
ipſorum bonorum noſtrorum participio gaudere. & Nos
eorum Sanctis orationibus gaudere,pro remedio ſpecia-
liter animarum felicium Regum Sicilie , Dominorum
noſtrorum,Nec non,& Parentum noſtrorum,& pro cõ-
ſeruatione Salutis noſtræ,& Hæredum noſtrorum , &
pro Remiſſione peccatorum noſtrorum pia gratuita , &
vnanimi voluntate damus , & concedimus eidem Mo-
naſterio Sanctæ Mariæ Montis Virginis, in perpetuum,
Roccellam noſtram,quæ eſt in Tenimento Terræ noſtræ
Goliſani,ſecus Mare,& Cephaludum , & Termas , Co-
munibus Tenimentis,& pertinentijs ſuis à Ponte Grate-
rij,vſque ad flumen Seneſchalchi, ſuptus Viam Regiam,
vſque ad Mare,totum Scilicet illud, quod eſt de dema-
nio noſtro,damus , & concedimus eidem Monaſterio
Mo-



Molendinum Roccellæ,quod eſt ſupra ipſam viam , totũ
cum aquis,& Rationibus ſuis liberum , & quietum , &
Tres partes,ſcilicet de venatione Cuniculorum Tenimẽ-
ti Goliſani,& eiuſdem Roccellæ quando venatur;Non
quidem quod aliquis audiat venari in Venatione ipſa
Cuniculorum Roccellæ,& Goliſani abſque mandato, &
ordinatione noſtra . Tertiam quoque partem Molendi-
norum Goliſani,tam præſentium,quam futurorum abſ-
que expenſa aliqua Monaſterij præfati . Damus inſu-
per,& concedimus eidem Monaſterio, hanc libertatem ,
vt quicumque de hominibus Ditionis,noſtræ ſe reddere
voluerit Monachum , ſeu Conuerſum Eccleſiæ ſuper
ædificatæ in Roccella ipſa , Monaſterij memorati , li-
ceat ei cum omnibus Bonis,ſuis, tam ſtabilibus , quam
mobilibus ibidem ſe monachare libere,vel offerre,exce-
ptis Villanis Terræ noſtræ ; Quemcumque etiam Bur-
gentium Terræ noſtræ venire voluerint ad habitandum
apud Roccellam ipſam vt ſint inde homines Eccleſiæ ,
ſimiliter ſemper habeãt poteſtatem liberam aſportandi
ſecum omnia mobilia ſua,abſque contradictione , impe-
dimento,vel requiſitione noſtra , & hæredum noſtrorũ
cum ipſi etiam homines quamdiù manſerint in habita-
tione ipſiuſq;Roccellæ,habeant, & accipiant libere totũ
aſſumptum,per totam Terram noſtram , ſicut habent
alij homines exiſtentes in Terra noſtra . Liceat inſuper
eidem Eccleſiæ in perpetuum liberè accipere de Terra
noſtra pro proprijs,& neceſſarijs negotijs ſuis lignami-
na,Aquas,& Paſcua pro Cunctis propriis animalibus
ſuis,& molas pro molendino ſuo . Præterea ſi quis Ho-
minum noſtrorum confugium fecerit ad Eccleſiam ipſã
aliqua cauſa Tuitionis Eccleſiæ, eum libere recipiat , et
ſiquidem per duodecim dies poterit nobiſcum , vel cum
no-

nostris hæredibus concordari, sin autem post duodecim dies ab Ecclesia recedat. Si quis enim hominum nostrorum inspiratione diuina, aliquid de Rebus suis stabilibus, vel mobilibus eidem Ecclesiæ dare voluerit, vel offerre, liceat ei hoc libere facere, absque Cōtradictione, impedimento, & molestia nostra, & hæredum nostrorū. Hæc igitur supradicta concedimus, & donamus Monasterio memorato firmiter sine defectū, & nullo vmquam tempore nobis, aut hæredibus nostris liceat Monasteriū ipsum de prædicto dono, & oblatione nostra molestare seu temerè perturbare. Quod si forte eis temerariè presumpserimus, subeamus pena Regiæ Curiæ de ducentis Vnceis aureis, & de centum alijs Vnceis Monasterio sapè dicto, Donatione nihilominus, & Concessione nostra firma omni tempore stabili permanere. Ad huius itaque nostræ Concessionis, & Donationis memoriam, & Robur perpetuo valiturum, præsens Priuilegium fieri fecimus per manus Magistri Iuliani publici Tabellionis Panormi, proborum Virorum testimonio annotatū, & Nostri Sigilli munimine roboratū. Actum in Vrbe felici Panormi, Anno, Mēse, & indictione præcitatis.

Ego Paulus de Cicala Dei, & Regia gratia Comes Golisani, & Regiæ priuatæ Mansnedæ Magister Comestabilis confirmo.

Ego Comitissa Sica, quę supra confirmo, & concedo.

Ego Andreas eorum filius, similiter qui supra cōcedo.

Ego Simon eorum filius, qui supra concedo.

Ego Mattheus eorum filius, qui supra concedo.

Ego Stephanus de Partenico, Magnæ Regię Curię Magister Iustitiarius.

Ego Ludouicus Ceppa, Dei, & Regia gratia Dominus Bich. & Galatallię testor.

Ego



Ego Grueuus Dei, & Regia gratia, Dominus Calatabusorij, testor.

Ego Rainaldus, filius Domini Berardi de Accerrino, & Gener Comitis Pauli, testor.

Ego Ioannes de Fuligno, subscripsi.

Ego Robertus de Barulo interfui.

Ego Bonaius de Bottono testis, subscripsi.

Ego Henricus de Pactis Miles testis subscripsi.

Ego Magister Rainaldus de Polito, subscripsi.

Ego Tudiscus Domini Comitis Notarius, testor.

Ego Ioannes Lombardus Iudex, interfui.

Ego Adam Maccharonus, interfui.

Ego Iacobus Guinazius, & Dom. Ansinellus testis sū.

Ego Ioannes Guinazius Miles, testor.

Ego Ioannes de Auersa Miles Golisanus, interfui.

Ego Guilielmus de Pactis Miles, subscripsi.

Ego Garig lianus Miles, subscripsi.

Ego Rainaldus de Fasana testis sum.

Ego Guido de Lainella, testor.

Ego Ioannes de Sallisseni, testis sum.

Ego Paschalis Miles, & Castellanus Politus testis sū.

Ego Nicolaus de Roma, interfui.

Ego Ioannes Capitonus, interfui.

Ego Presbyter Matthæus de Sancto Antonio, interfui.

Ego Goffridus de Bitterna, interfui.

Ego Henricus de Sancto Ioanne, interfui.

Ego Rogerius Fullabusone, interfui.

Ego Presbyter Albertus, interfui.

Ego Presbyter Petrus de Rosa, interfui.

Ego Presbyter Rogerius de Pactis, interfui.

Ego Bonus filius Diaconus, interfui.

Ego Presbyter Rogerius de Golisano, interfui.